

excusationem in proprias uxores excandescen-  
tium, dum dicunt, ab eis ad iracundiam irri-  
tari, in haec verba consultat: *Sed incitat mu-  
lier, inquit: Verum considera mulierem, debile  
vas esse; tu autem viri propterea princeps fac-  
tus es, et capitis loco datus, ut subditae foras  
inbeccillitatem. Valis igitur tuum illustrare prin-  
cipatum, quod facies, si subditas non insula-  
veris; et quemadmodum rex tanto clarior ap-  
paret, quanto praefectum suum clarior emen-  
dit; quem si inhonoraret, et contumelia illius  
dignitatis magnitudinem officeret, non parvam  
gloriae suae partem auferret. Itidem et tu, si  
illam, quae post te secundum obtinet locum,  
contumelia afficis, non parvam tui principatus  
honori derogas. Haec igitur omnia tecum repula,  
et modestus sis, et cum his illius noctis recor-  
dare, qua advocato te ad se pater, tanquam de-  
positum quoddam filiam dedit tibi, et omnibus  
relictis, matre, domo, et seipso, omnem eius  
curam tuae dexterarum commisit. Portus est mu-  
lier, et macinum securitatis remedium; quod  
si ventis, et fluctibus portum liberaveris, ex  
foro reversus, tranquille vicees: quod si pertur-  
batione, et tumultu impleveris, tibi ipsi longe  
gravius strues naufragium. Quotiescumque ergo  
aliquid molesti domi contigerit, si quid uxor  
peccavit, consolare, et noli moerorem augere:  
licet enim omnia prociis, nihil molestius con-  
tinget quam non habere domi benevolam uxorem,  
licet quodcumque dixeris peccatum, nullum magis  
dolerendum invenies, quam cum uxora sedi-  
tionem habere. Quod si invicem oera ferenda  
sunt, multo magis uxor: etsi pauper sit, noli  
exprobare: etsi stulta, noli ei insultare, sed  
esto modestior. Tenem caro una facti estis, sed  
stulta est, ebria, iracunda: igitur detestamur  
non irascendum; et Deo supplicandum est, et  
ipsa admonenda, et adjuvanda consilio, et om-  
ni conatu adjuvandum, ut illis liberetur affecti-  
bus; haec d. Chrysostomus. Quibus solum ad-  
iungam verba d. Ambrosii (lib. 1. de Virgine.  
tom. 4), monentis uxores adhibito viperarum ex-  
emplo, ut omne iracundiae venenum longe  
a se eliciant: *Viperam absentem requirit, absen-  
tem vocat, et blando proclamat sibilo, atque  
ubi adventare comparem senserit, venenum ecom-  
mit: reverentiam marito exhibens, reverentia  
nuptiale gratiam. Tu mulier advententem de  
longinquo maritum contumeliis repellis; tu li-  
num nocens venenum, non reitius, tu coniugalis  
amplexus tempore dirum virum exaestuas, nec  
erubescis nuptias, nec revereris maritum. Sed  
etiam tu vir, depone tumorem cordis, et as-  
peritatem morum, cum sedula tibi uxor oc-  
currit; propelle indignationem, cum blanda  
conuax ad charitatem provocat; non es dominus,  
sed maritus, non ancillam sortitus es, sed uxo-  
rem: gubernatorem te Deus voluit esse secus  
inferiores, non praepotentem: redde studio vicem,  
reddere anoni gratiam, ut divinam in hac vita  
consequaris, quam nobis donare dignetur, qui  
cum Patre, et Spiritu sancto vivit, et regnat  
in saecula saeculorum. Amen.**

## HOMILIA III.

*De triplici spiritualium nuptiarum genere  
dissertitur in illa eadem verba: Nuptiae  
factae sunt in Cana Galilaeae.*

Ad tria polissimum capita non inepte, ut  
arbitror, revocari posse censeo omnes spiri-  
tuales nuptias: nimirum ad eas, quae semel  
celebrae fuerunt inter Verbum divinum, et  
naturam Christi humanam: ad illas, quae quo-  
tidie per iustificationem inter Deum, et ani-  
mam contrahi credimus, ac tandem ad ex-  
crahibiles illas, quae inter diabolum, et mi-  
seram animam frequenter, pro dolor, ineun-  
tur. Et quidem ut ab illis nuptiis exordiar, et  
de quibus dictum est (Matt. 22): *Fecit rex nup-  
tias filio suo; videor mihi audire eum, qui so-  
lum sapit, quae carnis sunt, dicentem: ubi  
sponsus, ubi sponsa, ubi nuptiarum locus? ubi  
convivia, ubi dapes, ubi cantus? et similia  
in nuptiis frequenter adhiberi solita? cum  
enim ille carnales non viderit epulas, sym-  
phonias, et musicorum non audierit sonitus,  
de choreas ducentium senserit tumultus, deli-  
ramenta esse putabit, quod prophetarum vo-  
cibus Spiritus sanctus proloquitur; et praeter  
id, quod sensibus subiacet, nil esse arbitra-  
bitur. At quisquis spiritu vivit, et spiritu am-  
bulat, qui prophetarum oraculis credit, fide-  
liter haec omnia confitetur, veneratur, et colit:  
utriusque namque testameuti doctus elo-  
quius, quod dicitur, fatur, et quod expertus  
est, non veretur asserere, prophetae audit di-  
centem (Isa. 61): *Quasi sponsam decoratum co-  
rona, et quasi sponsam ornatum monilibus suis;*  
et eundem iterum: *Et gaudebit sponsus super  
sponsam, et gaudebit super te Deus tuus.* Alium  
quoque prophetam, et plusquam prophetam,  
quo nullus inter natos mulierum surrexit ma-  
ior, audit loquentem sic: *Qui habet sponsam  
sponsus est, amicus autem sponsi, qui stat, et  
audit eum, gaudium gaudet propter vocem sponsi.*  
Sub hoc quidem sponsi, ac sponsae vocabulo  
sanctus Spiritus, divinum ob hominum genus  
voluit commendare charitatem, et Verbi ad  
animam spiritus unitatem. Si enim relinquens  
homo patrem, et matrem, et uxori adhaerens,  
sit unum cum ea, et sic efficiuntur duo in car-  
ne una, quantum magis humana divinae adhae-  
rent naturae in unitate personali unum fient?  
sed et si quis adhaerens meretrici, unum ef-  
ficetur corpus, nonne amplius si Ecclesiam ad-  
haeret Christo, unum corpus sunt? Sacramen-  
ta magna haec sunt, profunda mysteria, spi-  
rituales nuptiae, et spiritualiter perscrutanda:  
sponsus namque Verbum est, sponsa humana  
natura, sponsa sancta Ecclesia, sponsa fidelis  
anima. Erat quidem beata Virgo thalamus pu-  
ritatis nitidus, moribus ornatus, et omni praedi-  
catus sanctitate, floribus aspersus, virtutibus  
decoratus, fragrans castitatis odore, charitate  
fervens, virginitate redolens, pollens humilitate:  
ipsa est gloriosa domina, et beata foemina:  
innupta, et foecunda: mater, et virgo:  
ancilla, et genitrix: quae culpam abstulit, et  
dedit gratiam: quae conlulit mundo pacem,*

hominibus Deum, finem vitis, vitae ordinem,  
moribus disciplinam. Ipsa est quae suscepit  
Verbum, concepit filium, et peperit Christum:  
ipsa effecta est porta coeli, paradisi ianua,  
stella maris, solatium mundi, peccanti refugium,  
naufraganti portus, auxilium periclitanti,  
erranti via, desperanti salus, mundi  
interventrix, interemprix peccati, diaboli ter-  
ror, et spiritualibus nequitiis pavor. Ipsa est  
tabernaculum testamenti, arca foederis, tem-  
pli propitiatorum, thronus Dei, Virga flori-  
da, nubecula levis, hortus conclusus, signatus  
fons, porta clausa, columba immaculata, rosa  
redolens, liliu candens, flos nitens, virgula  
fumans, oliva virens, vitis fructificans,  
cupressus se attollens, palma frondens, tere-  
binthus se expandens, campus germinans, terra  
pululans. Est etiam ipsa gloriosa aurora  
surgens, lucifer rutilans, luna pulchrior, sole  
splendens, auro purior, gemmis pretiosior,  
balsamo suavior, margaritis carior, nectare  
dulcior, omni harmonia delectabilior. Haec  
est virgo pudicissima, quae chyrographum a-  
bolebit decreti, et protoparentum abstulit op-  
probrium, quereni saeculo stillicidia gratiae  
irroravit, et ipsum foecunda ditavit fruge,  
quae pereunt mundo, et aquarum diluvio i-  
nundanti portum salutis aperuit. Haec nempe  
est Virgo sanctissima, quae virtutum omnium  
ornata decore, et gratiarum plenitudine, atque  
donorum coelestium irradiata fulgore, coelo-  
rum regem suo ad se traxit odore: eximio  
namque innocentiae, ac virginitatis respersa  
candore, tanquam prae ceteris sanctior, Dei  
mater efficitur. Haec quidem propter humili-  
tatis meritum, et ferventissimum charitatis af-  
fectum ab Altissimo adamat, eligitur a Verbo,  
foecundatur Spiritu, divina prole ditatur, in  
Scripturis praefiguratur, a prophetis praenunciatur,  
praepropitur archangelis, coelesti, omnique  
praefertur militiae: quem enim natura miratur,  
Maria mente concepit; concepit in ventre,  
gestavit in utero, nutritiv lacte, fovit gremio,  
brachiis amplexata est. Dignum quippe fuit,  
ut talis esset mater unigeniti Dei plasmatoris  
omnium, conditoris saeculorum. Quicquid hono-  
ris, quicquid gratiae, quicquid est gloriae,  
tam fuit in Maria: magna quum nascitur,  
maior, quum concepit: ubique sancta, ubique  
plena, ubique immaculata: sancta quidem  
mente, et corpore: plena gratia, ac virtute:  
immaculata verbo, et sponso. Verumtamen si  
tanta donorum praerogativa beatae Virgini col-  
lata est, ut genitrix fieret Domini, quantum  
putandum est, praerogativa esse homini Deo?  
si innumerabilem ornamentis meritum no-  
vius praeditum thalamum nuptiale, qualia  
aestimanda sunt sponsae monilia? quantum a  
solis splendore lunae distat claritas, aut stel-  
larum, tantum munera Christi a matris mu-  
neribus. Nulla hominis facundia, nullus hu-  
manus explicat sermo excellentiam unionis di-  
vine, humanaeque naturae. Itaque cum ad  
intelligendum huiusmodi sacramentum mens  
accedit humana, abigat omnino a se terrena-  
rum caliginem rationum, et ab illuminatae  
fidei oculis mundanae sapientiae fumus ab-  
sedat. Cedat Dei sapientiae, et divina fidei

luce praelucente contenta sit mens nostra fir-  
miter credere Verbum, quod in sinu Patris  
erat, absque viri operi, divino spiramine co-  
operante, humanam carnem induisse, et ad u-  
nitatem suae personae, consubstantiali unionis  
articulo, illam sibi copulasse. Paucis tamen,  
ut ad secundas nuptias sermonem convertam,  
indissolubile hoc vinculum Verbi divini cum  
humanae propter compendium explicabo. Fuit  
hoc matrimonium de futuro celebratum in pro-  
phetarum oraculis incarnationem Filii Dei praedi-  
centibus: de praesenti autem contractum est  
in Christi conceptione: divulgatum ab angelis  
in eius nativitate: ratificatum in portentis, et  
miraculis, praesertim tamen in prodigiosa Eu-  
charistiae institutione: consummatum in acerba  
eius passione, illo dicente, ut refert d. Ioan-  
nes (c. 19): *Consummatum est;* ac tandem ma-  
nifestatum ab hominibus in Apostolorum praedi-  
catione.

Ceterum iam ad secundum genus nuptiarum,  
quas Verbum divinum cum singulis iustorum  
animabus spiritualiter contrahit, deveniamus.  
Certe divina opera, atque sapientia ipsius pro-  
funda mysteria, quo diligentius consideratur,  
eo amplius contemplantis animum admiratione  
replet, et gaudio: admiratione quippe propter  
altitudinem sapientiae, gaudio propter cla-  
ritatem veritatis agnitae. Quis vero non mire-  
tur, et gaudeat, si ad naturae innumerabilia  
opera mentis oculum figere voluerit, atque  
cogitando penetrare? in quoqueque elemento,  
infinita sunt veneratione digna: quum enim  
prata rident, et flores vernant, variaeque co-  
loris circumquaque sparguntur, quis non exul-  
tet spiritu in opificis laudibus ad odorem, de-  
coremque florum, et terrae foecunditatem?  
de eodem solo, exiguo in loco, unde tanta spe-  
cies, tam diversae formae, tam multicolores?  
nemo de hoc terrae elemento quanta germi-  
nent, sufficit enarrare, auri fulgor, argenti ni-  
tor, sonoritas aeris, ceterorumque metallorum  
varia genera, carbunculus, smaragdus, sa-  
phyrus, chrysolithus, topazius, adamas, et  
aliae quamplurimae gemmarum qualitates;  
balsamum, cynamomum, fistula, nardus,  
crocus, piper, cyminum, multaque alia odo-  
ramentorum genera; cupressus, cedrus, pal-  
ma, oliva, abies, pinus, arbores quoque a-  
liae, et frutela quae innumeralia de ipso  
terrae elemento procreari noscuntur, quin et-  
iam ipsum hominem his omnibus praestan-  
torem de eadem principium habuisse perspi-  
cuum est: sic namque divina testantur eloquia  
(Gen. 2): *Formavit Deus hominem de limo ter-  
rae, et inspiravit in faciem eius spiraculum vi-  
tae.* Cuncta haec, quae memorata sunt, sensi-  
bus patent carnis, longe autem meliora sunt,  
quae latent in iis, quae gignuntur de ventre  
terrae, et nota sunt, vel esse possunt rationi  
mentis, videlicet de virtutibus herbarum, de  
proprietalibus rerum. Multi quidem horum  
tractatores fuerunt, qui non omnia, sed de  
plurimis aliqua investigando dixerunt. Quod  
autem de iis, quae ex terra produciuntur, hoc  
de reliquis elementis dici posset. Cuncta ista  
videntis causa reddenda censet. Miranda equidem  
sunt, quae naturaliter divina operatur maiestas,

sed multo mirabiliora existunt opera gratiae: factum namque curio invenitur, licet difficillime. Qui autem carnosus fuerit explorator gratiae Dei, tanquam coecus in parietem impinget: quare hunc eligat, et hunc reprobel, humanus non capit intellectus: cur istum donis dilecti spiritualibus, illum in sua reliquit paupertate, non quaerat, qui errare non vult. Legimus in divinis historiis, Saul a Deo in regem electum, a propheta unctum, et a populo confirmatum, tandem fuisse reprobatum; Davidem autem pastorem ovium ad regni fastigium honorabiliter sublimatum. Quis non miretur Saulum tanto cum furore Ecclesiam dilantantem, per Synagogas sanctos trahentem, ligantem, percussentem, carceribus mancipantem, rabido laetantem ore, repente mutatum in Paulum, Ecclesiarum omnium sollicitudinem gerentem, a Iudaeis persecutionem patientem, vincula sustinentem, verberum virgas tolerantem, carceres, seditionesque alacriter perferentem. Dominum Christum coram regibus, et saeculi principibus, atque universo orbe magnifice praedicantem? Publicanus Matthaeus, qui lelonei lucra publice, turpiterque quaerebat, eligitur, et Iudas in Apostolus apice sedens relinquatur se funesto suspendens laqueo. Quotidie videmus nefandos homines nequiter viventes, diripientes aliena, peccantes publice, et impudice, mutari in melius, coelibem ducere vitam, et meritis transcendere multos, qui longo tempore divinis fuerant mancipii obsequiis; e diverso quodam, qui sanctorum videbantur per omnia saecula vestigia, et nubium celsitudinem contemplationis pervolare, conspicimus miserabiliter corruisse, et in obscenis operibus volitari. Haec veneranda sunt, non inquirenda; per haec enim occulta, et iusta Dei iudicia, eruditur peccator, ne desperet, iustus ne praesumat: nam poenitentia parata est venia, peccanti vero iustitia. Peccator quidem vigilet, quomodo ad libertatis gratiam ascendat, et veniam consequatur; iustus autem, qualiter de virtute in virtutem proficiat, et dona potiora sortiatur. Peccator denique, ut iustus sit, iustus vero perfectus, peccator nullam sibi tribuat requiem, donec amicus verus efficiatur Dei, iustus autem donec fiat eius anima legitima sponsa Verbi. Ad hunc quidem obtinendum gradum, maxima in spirituali exercitio diligenter adhibenda est. Sublimis gradus excelsa virtutum exigit studia. Rarus reperitur, qui iure sponsae nomine nuncupetur; nonnisi praevis multis tribulationibus, et laboribus ad id attingitur. Ne autem seducatur, aut se legentes seducant, arbitantes se esse, quod non sunt, praesenti hoc eloquio qualis esse debeat anima, quae sponsae vocabulo, et merito, digna sit, describendum est; nec abs re: nam saepe speculi claritas ignotam notitiam deformitatem, et aperit oculos, quos privatus amor obstruxerat.

Consuetudo fuit olim, ut virgines, quae debent regibus copulari, per aliquod tempus cultibus regis ornarentur, siquae ornatae in thalamo regis ducerentur, qui eligebat quae oculis ipsius magis placuisset, ut palam tradit sacra

Hester historia: ubi (c.2) legimus, quod postquam Vasthi propter superbiam fuisset abiecta, factum est regis praecipuum, ut de omni regno suo congregarentur puellae, et virgines, et adducerentur ad civitatem Susam, et traderentur in domum foeminarum sub manu Egoi Eunuchii, qui erat praepositus, et custos foeminarum, ut ibi acciperent mundum muliebrem, et reliqua ad cultum necessaria. Deinde per sex menses oleo myrrino ungerentur, et per alios sex quibusdam pigmentis uterentur: et sic decenter compositae, de triclino foeminarum ad regis cubiculum transirent; ut quae ex omnibus magis oculis regis placuisset, illa pro Vasthi in illo solo regno sedere debuisset. Assuerus, qui interpretatur, beatus, significat Christum summi regis Filium, qui in hunc mundum venit, ut eam sponsam acciperet suam, quam regalibus nuptiis dignam iudicaret. Tunc autem Iudaea, quae significatur per reginam Vasthi, quia regis Christi mandatum contempsit, abiecta est, et missi sunt ministri regis, scilicet Apostoli, per universum mundum, congregare animas, quae coelesti pulchritudine exornatae, coelesti sponso copulentur. Decet ergo, Verbi sponsam, decoram esse facie, ut suo placeat sponsus: nam si deformis sit, sponsae nomine, quia re caret, digna non est. Quemadmodum igitur corporis facies quatuor decoratur sensibus, ita et animae aspectus, ac vultus ornari debet. Primum omnium expedit, ut ignara non sit coelestium inspirationum, super hoc plurimum vigilare eam oportet, alioquin seductorios multimode admittit spiritus, et saepe peccati resistit adventui. Amant quidem nequam spiritus mentis irrumperet domicilium, pacem evertere animi, omnemque cordis intentionem maculare, quod quam aperte nequeant, fraudulentur id agere conantur, alienam speciem sumunt, claritatem coelestium angelorum se habere fingunt, ut facilius suadeant, quod volunt. Ad ipsorum vero detegendas insidias expedit, ut qualecumque internarum Verbi sponsa habeat notitiam inspirationum, quatenus ex infusa sapientia, seu ex inducta experientia sciat suscipere angelum, et propulsare inimicum. Ambo quidem decantant, ut trahant animam ad se, dissimiliter tamen: inimicus agit, ut furetur, maclet, et perdat; angelus, ut conservet, illuminet, et sponso habitaculum parat. Uterque suadent, uterque audiri volunt, ut aperiantur illis. Habet namque angelus immissiones suas bonas, quum invitet semper ad bonum, aut doceat, aut corrigendo, aut accendendo. Habet etiam suas apostatae angelus, sicut de Domini proditore dicitur (Ioa. 19): *Misit diabolus in cor, ut traderet eum Iudas*. Non autem dubium est, quia snas habeat sponsum immissiones: *Sto, inquit, ad ostium, et pulso, quoties provocat ad dilectionem, ad virtutes, loties pulsat, ut aperiantur. Inspirationes sanctae utique sunt verba interna spiritualia, et sponsi voces, quas ignorare non expedit, neque negligere: quam sit haec detestabilis ignorantia, qui amat, novit. Debet semper sponsa, ut has internas intelligere valeat voces, super sui vigilare cu-*

stodia, omni spiritui facile non accommodare fidem, humiliter unde quo, qualive sint, quae sentit in se perstruati. Non secus Mariam egisse legitur, quam ab angelo officiosissime salutaretur: prius namque intelligendae sunt, quam perficiendae spirituales immissiones. Sicut autem reprehensione digni sunt, qui desideria sancta intelligentes, implere negligunt, ita qui non intelligendo, eadem opere conantur perficere. Primi ignavia morbo languent, secundi imprudentia obvolvuntur. Non autem sic, quae sponsa est: habet quidem pro ornamento interni, ac spiritualis auditus intelligentiam, et obedientiam. Haec quippe sunt animae aures, quae mentis faciem venustant: intelligentia tunc vera est, quum operatur, quod intelligit. Testimoniis Scripturarum utramque probatur: quod enim ad auditum spectat intelligentia, propheta insinuat, cum deprecatur in Psalmo (5) Dominum dicens: *Intellige clamorem meum, intende voci orationis meae: praemisera enim: Verba mea auribus percipe Domine*. Quod autem obedientia et ipsa ad auditum pertineat, idem memoratus ait propheta: *Populus, quem non cognovi, servavit mihi, in auditu auris obediit mihi*. Quam commendabilis anima est, quae nec fallacis seducitur, nec corpore deprimitur, quae intelligendo, et operando divinam sine intermissione exequitur voluntatem: quae aurium spiritualium ornata decore, corde veraciter ait Domino (3. Reg. 3): *Loquere Domine, quia audit servus tuus*. Haec de auribus sponsae, de oculis vero quid? nunquid audit, nec videt? potest ne carere oculis, et placere sponsi? absit, ut vel in modico maculata sit: Sponsa potissimum in ea parte, quae praestantior est, habet aures; habet oculos, per quos ob ipsorum speciem ad se sponsum attrahit: de ipsius sponsi voce in Canticis dicitur (Cant. 6): *Averte oculos tuos: ipsi me acolare fecerunt*. Ecce quam fulgidi, quam perspicui, quam decori sunt, qui sic sponsum alliciant, ut non accedere, sed ipsum faciant avolare. Uno quippe oculo scientiae luce perfunditur, ut cognoscit praesentia, alio sapientiae splendore clarescit, ut futura contempletur: per scientiam, mala qualiter vitare debeat, intelligit, quid sit, a quo sit, et ad quid sit, novit: proximum necessitatibus subvenit, temporalia provide ministrat, pericula cavet, timet ne cadat, adversa aequanimiter tolerat, sic praesentibus utitur, ut non privetur aeternis. Sapientiae vero oculo quanta sint electis reposita bona ruminat, Dei praesentiam cunctis intuetur horis, iuxta prophetae vocem dicentis (Ps. 15): *Providebam Domino in conspectu meo semper: de dilectione Dei alta percipit, interdum Beatorum perlustrat agmina, et supra se attollens, divinam miratur omnipotentis maiestatem. De hoc intimae lucis splendore aiebat propheta Isaias (c.133): *Vidobunt oculi tui regem in decore suo*. Hi nempe sunt spirituales sponsae oculi, per quos peregrinationis huius graditur semitas, nec adversis frangitur, nec prosperis elevatur: ipsorum ne obtinebretur lux, universa fugit lumina contraria, nec quidem ad momentum patitur se hac luce priva-*

ri: magno namque cum studio carnales cohibet motus, carnis reprimat passiones, valde etenim mentis oculis carnis inimicantur desideria, et nisi viriliter conterantur, internae se acies opponunt, et tanquam depressionis paries oculis gravant, ne supernam valeant contemplari claritatem: nunc suggerunt necessaria, nunc suadent blanda, nunc adversa minantur, siquae susationibus adeo infesti sunt, ut nullo pacto animum quiescere, nullaque tranquillitate potiri. Amovet itaque sollicita a se obicem carnalium voluptatum, detergit non minus vigilantur ab oculis pulverem terrenarum actionum: vehementer quidem temporalium implicatio mentem obnubilat, ne lucis internae dulcedine pascatur: rapiunt extra se animum terrena negotia: huc, illucque captivum ducunt animam, nunc ista cogitare compellant, nunc illa: rixas commovet, iurgia fabricant, deiecta aedificant, collapsa erigunt, qualiter amissa, et distracta, colligi, custodiri, habita, et non habita congregari debeant, prudenter erudunt. Quumque in his omnibus captivator animus, per maximos curarum dilanatur anfractus, insensibilis namque effectus, et lumine privatus, tota die mole, et per circuitus deambulare compellitur: nunquam qualis maneat apud se percipit, nisi quom ad exterioribus vacans ad se redire vult; tunc tenetibus interioribus, tunc coacta suam intelligens, quae passus sit insidias recogitando cognoscit. Innumerabilem phantasmatum in domicilio suo sentit exercitum, videt se repelli a se, et quam longe fuerit a se, lacrymabiliter intuetur; meritoque haec se pati considerat, quia magis alienis a se quam sibi intendere studuit. Hanc sui erroris mercedem iuste se percipisse diiudicat, quum inordinata exterioribus vacando, et negligendo interiora sua ad hoc devenerit, ut ad se reverti, secumque habitare non liceat. Damno igitur sponsa erudita alieno quotidianis edocta exemplis, suaque facta prudens experientia, mavult esse speciosa, et sterilis, quam lippa, et fecunda. Si otii condemnatur, aequo fert animo, meminitque Dominum dixisse (Luc. 10): *Martha, Martha, turbaris erga plurima: Maria optimam partem elegit, quae non auferetur ab ea*. Hinc est, quod sponsi roborata sententia, quantum fas illi est, terrenis refugit ingeri actionibus, ne foedeatur: animi quoque resistit passionibus, ne turbetur. Non quidem medioctiter furor mentis oculum offuscare consuevit. Ideoque propheta hoc in se patiens dicebat (Psal. 6): *Turbatus est a furore oculus meus*. Nil prorsus sic mentis statum evertit, velut conturbans furor: est siquidem animi passio subversio naturae, deonestatio hominis, opprobrium servorum Christi, repulsio gratiae, fraternalitatis dissipator, daemoniacam imitatio, fugator paracliti, omnisque sanctitatis inimicus. Nullum sanum consilium, nulla matura potest esse deliberatio, ubi irae passio dominatur: perliciat ratio, inebriatur cor, incomposita verba profluant, immutatur facies, lumen oculorum praesente furore calcigat. Propterea sponsa, ne illo tyranni huius pessimi detrimentum patiatur, in patientiae



Rursus, fides, quam alter coniugum alteri servat, ut sit (Hebr. 13): *Honorable concubium in omnibus, et thorax immaculatus*. Tandem procreatio florum coniugibus non solum incrementum, sed etiam utilitatem afferens. Nihil istorum nostro coniugio deest, nihil istorum in eo desiderari. Personae namque habiles sunt, Deus, et anima ad hoc foedus ineundum: ille, ut purissime generet, ista ut concipiat. Ille quidem, ut generet: nam per Isaiam dicitur (cap. 66): *Nunquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam? ego, qui generationem ceteris tribuo, sterilis ero?* His verbis ostendens se, et rebus naturalibus vim ad procreandum sibi similes tribuisse, et spiritualium florum esse principium, quos suas imagines faciens, et similitudinem suae sanctitatis illis impertiens, testimonium perhibet, quia sibi virtus generandi non deest. Quod et propheta regius, spiritu ipsius Domini edoctus, evidenter affirmat, dum ipsam alloquens, ait (Psal. 127): *Uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuae*. Qui enim uxorem a te tam mirifice foecundatam habet, et tot filii, et tam pulchris abundat, non dubium quin aptus sit, ut animam ducat uxorem, et sibi vinculo spiritualis matrimonii coniungat. Haec vero apta est, ut ex illo concipiat. Quod spiritu Dei edocta per os Isaiae palam confitetur, se cum muliere comparans, ad partum appropinquare: *Sic, inquit, facti sumus, a facie tua Domine, concepimus, et quasi parturivimus, et peperimus spiritum*. O felix partus, in quo, ut ait Hieronymus (lib. 8. in Isa. ad cap. 26), peperimus non carnis liberos, sed spiritus, ut tota in Deo mente credamus. Concipit ex Deo anima, cum sanctitatis desideria percipit, quae in oratione posita, non sine purissima voluptate spiritus sibi sentit immitti. Parturit, cum non sine ingenti dolore aliquando sensum, et affectum mortificationem in effectum producit. Filios vero edidit, et suscipit, cum fructus partus, nimirum suavitatem verae virtutis, experitur. Isti sunt filii spiritus, quos non caro corruptionis seminarium gignit, sed virtus sancti Spiritus procreat. Isti etiam filii spiritus sancti, qui animae concipiunt, et parientii illos, in hac vitam salutem spirituales afferunt, et in futura salutem gloriae, nunquam peritaram attribunt. Sicut etiam Deus, et anima vinculo insolubili copulati: nam sollemnis professio ita animam Deo, Deumque animae adstringit, ut nulla sit humana potestas, quae vinculum istud disrumpat, atque dissolvat. In ipsum enim illa quoque lex Domini quadrat, quam pro naturali coniugio sancivit: quia (Matth. 10): *Quos Deus coniunxit, homo non separat*. Unde Innocentius Tertius (in cap. cum ad Monast. de statu Monac.) expresse asserit abdicacionem proprietatis, sicut et custodiam castitatis, adeo esse adnexam regulae monachali, ut contra eam nec Summus Pontifex valet facultatem indulgere. Quod si aliquando Summus Pontifex in solenni voto professionis religiosae dispensavit, non id humana potestate, sicut in civilibus legibus fecit, sed plane divina, et coeque delapsa: sicut enim vinculum

naturalis coniugii sola morte dissolvitur, dicente Paulo: *Mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius vivit; quod si dormierit vir eius, liberata est: ita et professionis sollemnis nexus sola divina potestate, quae ipsa morte multo potentior est, utpote habens vitae, et mortis imperium, dissolvi potest*. Deinde per hoc spirituale concubium Christus, et anima mutuam sui ipsorum faciunt potestatem: sponsam quidem totam esse ipsius Dei, satis indicant verba illa: *Columba mea, amica mea, speciosa mea*. Quod autem totus Deus sit ipsius sponsae, illa alia (Osse cap. 2) aperte testantur: *Et erit in die illa, ait Dominus: vocabit me: Vir meus: et non vocabit me ultra, Baal, idest Dominum*. Ne autem quia multae sunt sponsae, quispiam arbitretur divinum sponsum minorem erga singulos habiturum amorem, utpote in plures divisum; audiat quaeso divum Bernardum (ser. 69. in Cant.) in hunc modum loquentem: *Nec ad multitudinem multus erit, nec ad paucitatem rarus, nec ad diversitatem diversus, nec restrictus ad unum, nec anxius ad curas, nec perturbatus, seu turbulentus ad sollicitudines. Sic sane uni intentus, ut non detentus: sic pluribus, ut non distentus*. Adest et in hoc spirituali coniugio mutus consensus Dei, et animae: anima enim religiosa per integrum anni spatium sibi ad deliberandum designatum, nulla vi compulsata, nullo timore coacta, sed matura consideratione, libens, et volens, professionis vinculis se ligat, et spreis omnibus rebus caducis, libere ait (Psal. 72): *Deus cordis mei, et pars mea Deus in aeternum*. Quod enim antiquius in more positum erat, ut professionem emittens voluntas prius exploraretur, quam spontanea abrenuntiaret mundo, ut auctor est divus Dionysius (l. de Eccles. Hier. cap. 6): quod quidem facere consuevit antiquos cenobitas in eremo degentes, tradit Cassianus (l. 4. de instruct. c. 3). Id ipsum autem quod servavit antiquitas, nunc religio bene instituta custodit, nullum coactum ad monasticam vitam admittens. Quod sane egregie delineatum mihi videtur (Gen. 24): cum enim servus ille Abrahae, a matre, ac fratribus virginis, ad coniugium Isaac eam instantissime postularet, dixerunt ei: *Vocemus puellam, et quaeremus ipsius voluntatem. Cuiusque vocata venisset, seiscitasti sunt: Vis ire cum homine isto? quae ait: Vadam. Dimiserunt ergo eam: sic et isti proposito, animae ad religionem vitam accedenti, Christi servatoris decore, dicunt ei: Vis ire cum homine isto? Vis eum in sponsum accipere? Quae continuo hilari animo, interni consensus argumenta, vortorum formula prolata prodit, et ad Deum conversa ait (Hier. 3): *Pater meus, et dux virginitatis meae tu es. Divinus etiam sponsum similititer suum consensum adhibet, imo prius quam sponsa illum praebet, ipso dicente (Ioan. 15): Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, ut eatis, et fructum offeratis*. Est autem adeo dives sacer hic sponsus, ut in arham spondae suae omnia sua bona in manus eius tradat, ut his verbis plane testatur Apostolus (1. Cor. 3): *Omnia vestra sunt, sive Paulus, sive Apol-**

lus, sive Cephas, sive mundus, sive vita, sive mors, sive praesentia, sive futura, omnia enim vestra sunt; vos autem Christi. Verum non haec solum arham et donat, sed aliam longe pretiosorem, efficiens cum anima, quod (in Deuter. c. 21) faciendum victori praecipitur, quam virginem bello captam adamaverit, et sibi in sponsum copulare voluerit: *Si egressus, inquit, fueris ad pugnam contra inimicos tuos, et tradiderit eis Dominus Deus tuus in manu tua, captivosque duceris, et videris in numero captivorum mulierem pulchram, et adamaveris eam, voluerisque habere uxorem; introduces eam in domum tuam, quae vadet caesariem, et circumcidet ungues, et deponet vestem, in qua capta est: sedensque in domo tua, flebit patrem, et matrem suam uno mense: et postea intrabis ad eam, dormiesque cum illa, et erit uxor tua*. Certe nemini mellis competi esse egressum ad pugnam, quam Christo Salvatore nostro, de quo per mysterium dictum est (Gen. 49. 9): *Calulus leonis Iuda: ad praedam filii mi accendisti: requiescens accubisti ut leo, et quasi leonem, quis suscitabit eum?* Quem namque designat iste leonis calulus, nisi Redemptorem nostrum Iesum, ut Gregorius (in Psal. 4.) ait, de quo in Apocalypsi legitur: *Vicit Leo de tribu Iuda?* Hic sane ad praedam ascendit, cum in mundum ingressus est, ut cum peccatis pugnaret, et diabolum in nos tyrannidem agentem debellaret. Accubuit autem ut leo, quia mortem non coactus, sed libens, voluntariusque subivit, et nullum eum suscitavit, sed per virtutem divinitatis suae a mortuis ipse resurrexit. Illi tradidit Dominus hostes in manus suis, quia coram illo infernum prostravit, infidelitatis caecitatem deiecit, et omnia per suum sanguinem peccata delevit. Captivos vero duxit, cum homines captivos diaboli, captivos veritatis fecit, et secum captivam hanc captivitatem, ad fidei lucem, et vitae puritatem eiecit, non poenarum vinculis compedit. Tunc igitur invicissimus hic dux, inter captivos mulierem pulchram videt, videndo adamam, adamando in uxorem acceptare disposuit, cum animam in saeculo comorantem, oculis miserationis aspexit, et aspiciendo tenerrima dilectione prosequitur, et diligendo ad spirituale coniugium, quod in religiose professione fit, efferre consilium. Sed antequam animam in sponsum accipiat, legem hanc a se ipso per Moysen latam, perfectissime servat, hoc ipso docens: quia, *non veni legem solvere, sed adimplere*. Nam primum introducit eam in domum suam, et in monasterium, aut religiosam societatem admittit, quae speciali ratione domus eius vocata est, qui dicit (Isai. 66. 1): *Caelum sedes mea, et terra scabellum pedum meorum*, quoniam inter religiosos viros virtutum decore, et sanctitatis splendore pollentes, clarius ac ex corde illum diligentes seipsum manifestat, et frequentius libenter congescit. Deinde caesariem animae radi praecipit, quando universa temporalia abici iubet, et curas saeculi, quae mentem excaecabant, et ab utilibus cogitationibus astrabebant, abscondit; postea monet, ut circumcidat ungues, idest, ne curam carnis faciat in

desideriis, sed rebus ad naturam sustentandam necessariis contenta, spiritualia, et coelestia concupiscat. Ad haec hortatur, ut deponat vestem, in qua capta est, non tam eam exter-nam, quae habitus religiosi susceptione deponitur, quam internam immunditiae, et arrogantiae, et saecularis conversationis a primo nobis parate concessam: nam, ut egregie dicit Ephrem (de vita spirit. num. 58): *Monachus non tonsura commendat, nec habitus, sed coeleste desiderium, discernitque vivendi institutum, quibus optima declaratur vita*. Tandem Dominus fletum, ac lacrumam, causa parentum animae indicit, ut scilicet legalis, quod patrem diabolum secula sit, quibus toto tempore probationis diligentissime praestitis, iam per professionem sibi copulata, et in charissimum sponsum adsiscit.

Ad extremum venio iam ad detestandas nuptias inter diabolum, et animam peccaticam. Haec initiantur in suggestione, quae delectat: contrahuntur in consensu, qui acceptat: ratificatur in opere, quod confirmat: ac tandem consummantur in peccati consuetudine, quae usque ad contemptum pertrahit. Salomone dicitur: *Peccator cum in profundum venerit peccatorum, contemnit*. In his maledictis, ac execrandis nuptiis propinat diabolus sponsis suis vitium carnis voluptatis, quae videtur amatoribus mundi bonum; sed in fine porrigit illud, quod delectat esse, amarissimum, turbulentissimum, ac mortiferum. Appellat illud amarissimum Hieremias (cap. 23): *Ecce ego cibabo eos absinthio, et potabo eos felle*. Turbulentissimum vocat David (Psal. 106): *Turbati sunt, moti sunt, sicut ebrius*. Mortiferum denique esse satis illa verba indicant (Hierem. 51): *In clamore corum ponam pedes eorum, et inebriabo eos, ut sopiantur, et dormiant semper somnum sempiternum*. Quae omnia vini genera in eo certe conveniunt, quod potus illorum insipidus, ingratus, ac mirum in modum molestus esse perhibetur bibentibus ea, Isaia dicente (cap. 24): *Cum cantico non bibent vinum: amara erit potio bibentibus illam*. Quae verba Doctores de Iudaeis, et de eorum eversione enunciant. Divus Hieronymus de universali mundi ruina ea interpretatur. Theodoretus, et Eusebius, locum istum de supplicio, quo Dominus post mortem suam Iudaeos oppressit, intelligunt, et hinc germanus sensus erit: *Cum cantico non bibent vinum: amara erit potio bibentibus illam*; hoc est, quando Romani debellabant illos, quosdam flagellatis caedentes, alios in captivitatem redigentes, et omni ingominia notantes, tunc omnis laetitia, omnia gaudia, omnia denique caenilia laetabundia, quae nonnunquam abundantia excellentissimi vini Palaestinae excitabant, finietur. Et ita Septuaginta Interpretes vertunt: *Erubuerunt, non bibent vinum*. Et ubi nos legitur: *Amara erit potio bibentibus illam*: transferunt Septuaginta: *Amara facta est sicera bibentibus, quasi dicit: per quadraginta annorum spatium Dominus eos ad ponentiam praestolatus est, dicit Iosephus; ipsi autem voluptatibus indolentes, noluerunt respicere, et ad Deum suum*

converti. Alii tandem exponunt, per illa verba significari vinum delectationis defuturum fore peccatoribus, quod laetitiae materiam subministrabat; ita ut quicquid biberint, absinthium sibi videatur. Ut tamen malitia mortiferi vini, quod diabolus suae sponsae propinat, magis inodorescat, tria quaeso considerate, quae boni potatores in vino observare solent: nempe colorem, odorem, et saporem; quartum interrim, quod praecipuum esse debet negligentibus; nam videlicet sit utile, et sanitati conducat; sed haec est mundi, et amalorum eius consuetudo, vera bona negligere, apparentia seclari. O miseria, o caecitas! Verum videamus ex ipsa Scriptura, qualia nam sint haec tria in vino hoc, de quo agimus, ut saltem regula vestra convelli ab eo abstinere: faxis omnipotens. Quod ergo ad colorem attinet, vinum hoc atre, flavum, spurcum, turbidumque est. Odor eius sordibus foedatus, graveolens, gustus vero amarissimus, et terretissimum nauseam, vel ipso auditu provocans. Haec omnia duobus versiculis, mira et brevitate, et dexteritate mihi complexus esse videtur Moyses, cum inquit in Cantico: *De vinea Sodomorum, vinea eorum, et de suburbanis Gomorrhae: uva eorum, uva fellis, et botri amarissimi. Fel draconum, vinum eorum, et venenum aspidum insanabile.* Immo, ut videlicet, addidit et aliud quartum, quod ebriosi considerari negligunt, fructum videlicet, et effectus pessimos; sed primum incipiamus: Omne fel turbidum, et spurcum, flavum esse, neminem vestrum latet; quanto magis fel draconis impurum, sordidum, et insuper atrum erit? Neque vero hoc a data per Moysen similitudine abhorret, immo quadrat ei plurimum; videturque Moyses eam notasse: dixit enim ut auditivis inter alia, uvae, unde illud vinum exprimitur, esse de vinea Sodomorum, et de suburbanis Gomorrhae. Iosephus vero historicus Iudaeorum celeberrimus (*de bello Iud. cap. 5*) asserit ad litus loci illius foetidi, ubi olim Sodoma, et Gomorra erant, solum fuisse excrescere poma, aliosque fructus aspectu quidem pulchros, sed intus nonnisi cinere, favillaque plenos. Tale est omne peccatum, cuius finis in corpore cinis, in anima vermis, in utroque postmodum ignis, et fumus. Id quod, ut manifestus fiat, placet rem memorandam valde referre, quam lego in libro Viridarum nuncupato, eamque commemorat nobilis auctor Meffreth (*Dom. 2. post Epyph.*). Quidam nobilis aet mundi amator, et pauperum oppressor: hic dum quiesceret in lecto, camerarius eius iacens ante cameram rapitur in visione ante tribunal Dei, ubi accusatus est dominus eius de omnibus, quae gesserat. Pro quibus accepit sententiam aeternae damnationis: unde cum magno tripudio ductus est ante luciferum, qui dedit ei osculum dicens: Non sit pax in saecula saeculorum: et rursus ait ipse non consuevit balneari? ducite ergo eum ad balneum. Tunc daemones unguibus eum dilacerantes, in ardentibus flammis illum proiecerunt: alii vero ignem super ipsum effuderunt, tam diris eum supplicis afflicentibus, ut in eo adamussim videretur impletum illud (*Isaiae 14*): *Subter te sternetur vinea, etc.* Deinde

dixit lucifer: Date ei de calice irae Dei, et propinat est ei sulphur ignitus, quae pars est calicis eorum. Cum autem ipse clamaret: sufficit, sufficit, subiunxit lucifer: andire consuevit dulces symphonias, surgunt symphoniae; et ecce duo horribiles daemones, cum tubis lignis ignem in eum insufflantibus, ita ut ab oculis, naribus, et ore voraces flammae prosilirent. Tunc lucifer, adducit, inquit, eum ad me; et adducto eo, dixit: canta mihi canticum unum; et ille: quid cantabo, nisi maledictionem? maledictus dies, in quo natus sum. Et lucifer: Canta meliorem: quid, inquit, cantabo? nisi, maledicta sit hora, in qua mater me genuit? et ille, canta adhuc meliorem; et miser dixit: quid cantabo nisi, quod ipse Deus sit maledictus, qui me nasci permisit? hoc est, ait lucifer, cantus, quem a te audire desiderabam. Locale igitur eum in sede, quam meruit, qui continuo proiectus est in profundissimum puteum, adeoque vehemens factus est strepitus, ut tota mundi machina dissolvi, et cadere videretur. Atque ad hunc strepitum evigilans camerarius, accurrat ad cable domini sui, quem iam vita functum invenit. Deinde vero narrata visione ad meliorem frugem confugiens spreus mundi oblectamentis, monachus factus est. Ecce quomodo diabolus solum non perit bonum vinum voluptatum, et postquam inebriatus fuerit, tunc propinat illud, quod deterius est, ut nos a summo bono divellat: cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

## HOMILIA IV.

*Beatae Virginis verba:* Fili, vinum non habent. *Necon illa Christi Domini:* Quid mihi, et tibi est mulier? nondum venit hora mea, *multipli priscorum Patrum expositione illustrantur, et a multis haereticorum calumniis Deipara vindicatur.*

Quemadmodum ex floribus, ex quibus argumentosa apes dulcem mellis favum eliciunt, foetidae araneae venenum conficiunt; ita Haeretici ex verbis sacrae Scripturae, ex quibus Catholici dulcissimum veritatis mel decerpunt, ipsi erroris, et impietatis virus insanissime hauriunt. Hoc palam videre est in hodierni Evangelii lectione: nam ex propositis verbis: *Vinum non habent; necon ex illis: Quid mihi, et tibi est mulier?* ex quibus nos Catholici, fidei lumine illustrati, miras Virginis laudes deducimus, haeretici multas adversus Valentinum contumelias colligunt. Manichaei, et Valentiniani, ut tradunt Origenes (*in catena graeca*), et d. Augustinus (*tract. in Ioan. 8*) ex illis verbis confirmabant execrandum illum errorem, quod beata Virgo non esset vera mater Christi: dicebant enim, perinde fuisse Christum Dominum protulisse illa verba: *quid mihi, et tibi est mulier?* ac si dixisset: nihil tecum commune habeo, non agnosco te pro matre.

Verum in hac calumnia apertissime detegitur horum haereticorum impietas, et protervia: nam eodem loco sacer Evangelista, ne quis ex responso Domini suspicaretur, Mariam esse matrem non fuisse, idcirco consulto bis vocat Virginem expresse *matrem Christi*: semel enim ait: *Et erat mater Iesu ibi*, et rursus: *Dicit mater Iesu ad eum.* Ecce plus potuit apud impios hos Haeresiarcas, quid mihi, et tibi? quod nulla ratione facit ad excludendam maternitatem, et quod, ut minimum, erat verbum obscurum, varioseque poterat recipere sensus, quam verbum illud expressum, et bis repetitum: *erat mater Iesu.* Alii haeretici, ut Lutherus (*in cap. 4. epist. ad Galat.*), et Melancthon (*in annot. circa Evang. Ioan. c. 2*), temere effutierunt, beatam Virginem, tam a Christo quam a Paulo per contumeliam, mulierem solitarie appellari. Immo nonnulli alii, ut Origenes, et Hieronymus (*ad Galat. 4*), observant, ex mulieris nuncupatione deduxerunt, Mariam post partum non fuisse virginem. Sed toto coclo errant, quia ex usu sacrae Scripturae mulier commune utriusque sexus est vocabulum; nec minus ad virginem, quam ad vitulam, vel nuptam perlinet. Probat hoc d. Augustinus (*l. de fide cont. Manich. c. 32. et de verb. Dom. serm. 63. et l. 2. de consens. evang. c. 28*), probat, inquam id ex (*Gen. 3*), ubi Eva, needum a viro cognita, dicta est mulier: *Vidit, inquit, mulier, quod lignum esset bonum, et rursus, dixit serpens ad mulierem, et postea (Gen. 24): Mulier, quam dedisti mihi.* Ac tandem octies in eodem cap. antequam ab Adam cognosceretur, mulier nuncupatur, et (*c. 24. eiusdem Gen.*) famulus missus ab Abraham, ut quaereret sponsam virginem filio suo Isaac, ipse dixit: *Si mulier noluerit venire mecum in terram hanc, etc.* Ecce virginem nomine mulieris nuncupat. Probat etiam id Origenes ex vulgari usu loquendi in hunc modum ratiocinans: *Si recte dicitur vir ille pro sola temporis aetate, qui nullius admirationem foeminae noverit; quomodo non eadem consequentia etiam virgo, quae intermerata permanet pro sola aetatis maturitate, mulier nominabitur?* In eodem sensu (*tract. 2. de lectio. evang.*) Gaudentius id docet, ac Mariam hic a Christo vocari asserit mulierem, veritate sexus, non detrimento in egitatis, quoniam divino partu sic cooperit esse mater, ut virgo sacratorum permaneret. Quamquam hoc raro invenias, et bis quidem dumtaxat, in Evangelio, ut mulier Maria dicitur, octies vero post partum, ut sup. dicebam, matrem Iesu vocari legitimus, ut etiam Melaph. animadvertit (*in ora. de vita, et dorm. Mariae*). Nec desunt qui ad singularem Mariae laudem referant, quod Christus eam nusquam, nisi hoc nomine mulier, vocaverit; idque praestantius esse putant, quam si Virgo fuisset vocata: tum quod apud Iudaeos eo tempore non expedit: tum quia quemadmodum Christus inter viros primatum tenet, ac viri nomen maxime promeretur; sic Maria, inter mulieres omnes principatum obtinens, mulieris nomine per anthonomasiam merito nuncupatur; cum sit rara illa mulier, quem ardentis desiderio Salomon (*Ecl. 16*) in spiritu quaerebat,

cum diceret: *Mulierem fortem quis inveniet?* Sed et Paulus (*ad Galat. 4*) non ignorans Christum ex Virgine natum, filii Dei matrem nonnisi mulierem vocat; ex qua, illum esse factum, legitime subiectum dicit, ut eos, qui sub lege erant, redimeret. Quod, si humanas literas consulamus, aperte reperiemus, appellationem mulieris virginem intelligi: licet enim Ulpianus Iurisconsultus (*in lib. alioquin, ff. de contrah. empt.*) nomine mulieris intelligat feminam violatam, dicens: *quod si ego, me virginem emere putarim, cum esset mulier, emptio non valebit*; ipse tamen alibi indifferenter accipit appellationem mulieris pro virgine, vel non virgine; nam (*in l. quaeritur, ff. de adilitio aedicio*) ait: *mulierem ita arctam, ut mulier fieri non possit, sanam non videri constat, et Iurisconsult. Caius (in l. 13. de verb. signif.)* expresse inquit, *mulieris appellatione, etiam virgo viri potens continetur.*

His iam explosis erroribus, veniamus ad quosdam catholicos doctores, quibus quia oburgatam putant b. Virginem a filio, non possum non refragari. D. Athanas. (*serm. 4. cont. Arian.*), et d. August. (*l. 2. de symb. ad Cathec.*), verba illa, *quid tibi, et mihi?* increpationis, et reprehensionis fuisse iudicant. Et quoniam Athanasius rationem increpationis praeterierit, eam tamen d. Augustinus apposuit, quam et acceptat Gregorius Niss. (*orat. in illud Apost. tunc erit, et ille subiectus*); nimirum quod Virgo miraculum vini postulasset, existimans, se iure maternitatis id posse filio praecipere. Sed certe cum sacer Evangelista simpliciter illo usus sit verbo: *dicit mater Iesu ad eum*: nulla prolixus ex eo anasa sumi potest ad indicandum, iure materno praecipisse miraculum; immo verbum illud non esse praecipiens, sed praecantis potius. Quod consulto fecit b. Virgo, ne videretur, se obligare velie filium ad miraculum petendum. Unde d. Cyrillus (*lib. 2. in Ioan. cap. 23*), et d. Ambrosius (*serm. 16. in Psal. 118*), et d. Hilarius (*3. de Trinit.*), verba illa vinum non habent, clare dicunt fuisse rogantis. Quis autem vili verbat, et non potius laudi, quod b. Virgo preces fuderit filio pro sublevanda inopia illius convivii? Confirmat idipsum Metaphrastes (*in ora. de vita b. Virg.*) dicens: *Vide autem, hic quoque Dei matris insignem moderationem et prudentiam: nec enim inbet audacter, tanquam mater filio, ut faciat miraculum, sed esse solummodo admonet, idque cum magna quadam reverentia, et submissione: Vinum non habent; nam, etsi ea illum esse suum cognosceret filium, non tamen ignorabat esse suum quoque Creatorem.* Deinde a sapientissima Virgine alienum prorsus erat, tanta ignorantia laborare, ut quoad opera divinitatis, et miraculorum poleslalem, putaret Christum sibi subiectum. D. autem Chrysostomus (*homil. 20*) putans, verba illa, *quid mihi, et tibi est mulier?* indignationem continere adversus matrem, duplicem aliam rationem illius indignationis subiungit, nimirum vel quod fortasse aliquo humano vanae gloriae affectu mota, per opera filii apud alios propriam gloriam quaerebat, ut etiam Euthymius censuit (*in c. 2. Ioan.*); vel quod intempestive miracu-

lum postulavit: nondum enim erat tempus, quamvis vini defectus non erat omnibus notus, ut tali miraculo Christus manifestaretur; sicut et Irenaeus etiam adnotavit (l. 3. c. 18). Sed, bona venia sanctorum Patrum, utraque haec imperfectio longe a Dei genitrice abiit. Nam quod attinet ad effectum vanae gloriae, falso ei imponitur, cum sacrum Concilium Claromontanum sub Urbano secundo, et Tridentinum (sess. 6. can. 23) definitur, nullum peccatum actuale, etiam veniale, in b. Virgine non irrepisse. Quod vero asserit de intempestiva petitione, nullius prorsus momenti videtur esse, ut sapienter observavit cardinalis Toletus (in c. 2. Luc.). Quomodo enim Virgine id intempestive petisse iudicabimus, quae non statim miraculum fieri, sed solum subventionem petiit a filio; quando autem et quomodo, non praescripsit? Secundo, quia etiam si tunc petisset, ut subveniret, non erat vitiosa petitiō: ipsa enim non sciebat, nec scire tenebatur tempus divina voluntate statutum: satis ei erat, rem iustam, et dignam tali filio petisse. Paulus (2. Cor. 12) sibi carnis stimulum rogabat auferri, et rem, quae non secundum voluntatem divinam erat, peccabat; tamen petitiō eius laude fuit digna, et responsum obtinuit a Deo. *Sufficit tibi gratia mea.* Licet enim petamus aliquando ea bona, quae revera non sunt secundum divinam voluntatem, non sequitur, petitionem ipsam esse vitiosam, quia Deus petere nos vult, quae honesta, et iusta sunt; divino autem suo relicto consilio, an sint concedenda, necne? propterea dicebat idem Paulus (Rom. 8): *Quid oremus, sicut oportet nescimus,* non tamen oratio ob id vitiosa sit; multo ergo minus in hac petitione est, quod suggerat causam reprehendendi, quandoquidem, et quod petitur, fit a Christo, et conceditur, quod rogatur. Itaque si culpa fuisset ex parte Virginis, miraculum postulare, utique Christus miraculum non fecisset, ne culpam ipsam videretur miraculo confirmare; nec unquam legimus, illum vel curiose tantum, cuiusquam rogatu miraculum fecisse ullum. Cupiebat curiose Herodes signum aliquod videre, noluit facere. Petierunt aliquando ab eo curiose Iudaei signum, respondit (Matth. 12): *Generatio mala, et adultera, signum quaerit, et signum non dabitur ei, nisi signum Ionae prophetae.* Hinc sequitur, Mariam hoc loco non fuisse reprehensam: nec enim potuit Christus, tam aequus, tam sapiens Iudex, ac pariter eius filius, eam sine culpa reprehendere; nec mater si reprehensa fuisset, permississet dicere ministris, ut filio suo parentem, priorem enim culpa maiore pertinaciam cumlasset. Unde, quod divus Gregorius Nisenus, et Irenaeus (praecit. loc.) opinati sunt, b. scilicet Virgine repulsam sustulisse a filio, nulla ratione admittit: tum quia Christus Dominus dedit illi spem faciendi quod petebat hora a se praefixa: ergo manifestum est, non accepisse repulsam: tum etiam, quia d. Cirillus (lib. 2. cap. 23), et d. Ambros. (serm. 16. in Psal. 118), et d. Chrysost. (homil. 21) affirmant, ob intercessionem Virginis Christum Dominum miraculum illud citius petrasse quam aliqui facturus esset: praevidens enim futu-

ram matris suae intercessionem, citius quam si illa defuisset, miraculum illud facere ab aeterno decreverat.

Ceterum, ut gradum faciamus ad expositiones alias, quae nihil sinistrum, ut deest, de b. Virgine admittunt, liceat mihi prius Christum interrogare: quomodo, cum filius Virginis sis, ad eam ais: *Quid mihi, et tibi mulier?* etenim modus isle loquendi idem significat in sacra Scriptura, quod latine: quid mihi tecum; in quo sensu (2. Reg. 16) legimus: *Quid mihi, et vobis filii Sarviae?* et (Ioc. 3): *Quid mihi, et vobis Tyrus, et Sydon?* et (Matth. 8): *Quid nobis, et tibi Iesu, filii Dei?* ac tandem (Luca 8): *Quid mihi, et tibi Iesu, fili altissimi?* hoc igitur, cum ita sit, quomodo, bone Iesu, matri ais, *quid mihi, et tibi?* immo multum per omnem modum tibi, et illi: nam quo pacto nihil tibi cum illa, quae consentiens tuae petitioni, utero suo te concepit: corpus hoc, quod geris, ab ea per veram generationem accepisti, et ad eius efformationem purissimum suum sanguinem, ipsa tanquam eam materiam subministravit? Quomodo nihil tibi cum illa, quae te intra viscera sua per novem menses spatium gestavit, quae te peperit in Bethlehem, et in hanc lucem edidit? quae te pannis involvit? quae te reclinavit in praesepe? quae te octavo die circumcidit? quae te in templo obtulit, et siclis quinque redemit? quae te in Aegyptum duxit, et reduxit? quae te, profusus lacrymis multo dolore quaesivit? ac tertio die in templo invenit? quae te tandem per multos annos aluit, et variis obsequiis prosequuta fuit? Hanc eandem interrogationem divus Bernardus (serm. 2. post. oct. Epiiph.) his mellifluis verbis ut assollet proponit, et solvit: *Quid tibi, et illi, Domine? nonne quod filio, et matri, quod ad illam pertinet, quaeris? cum tu sis benedictus fructus ventris eius immaculati? non ipsa est, in cuius utero novem mensibus moratus es? cuius virginis uteribus lactatus, cum qua iam duodecim annorum factus, de Ierusalem descendisti, et cras subditus illis? nunc ergo Domine, quid molestus es illi, dicens: quid mihi, et tibi? Hanc interrogationem in hunc modum solvit d. Bernardus, et haec sit expositio prima illorum verborum: Sed manifestum video, quod non velut indignans, aut confundere volens Virginis matris teneram reverentiam, dixeris: quid mihi, et tibi? cum, venientibus ad te iuxta praecipuum matris ministris, nil cunctatus, facis, quod illa suggessit. Ut quid ergo fratres? ut quid sic respondebat? utique propter nos, ut conversos ad Deum, iam non sollicitet cura carnalium parentum, et necessitudinis illae non impediatur exercitium spirituale. Quando enim in mundo sumus, debitores constat non esse parentibus; at postquam reliquimus nosmetipsos, multo magis ab eorum sollicitudine liberi sumus; haec ille.*

Secundam expositionem affero ex d. Iustino (in lib. quaestione. quaest. 136), ubi interrogans, an liceat aliquando parentes spernari? respondet, omnino non licere. Sed obicit: *Videtur Christus aspernari, cum dicit: quid mihi, et tibi?* respondet: *Sensus est: nostrae curae non est, nec ad me, vel ad te pertinet, si vinum*

deficiat. Si tamen ex singulari tua charitate vis, deficiat vinum, die ministris, ut, quae dixeris, faciant. Non igitur verbis matrem increpuit, quam operis coonestavit; haec Iustinus.

Tertiam expositionem adhibet d. Gregorius (l. 8. epist. c. 24), quem etiam sequitur d. August. (tract. in Ioan. 8). Dicunt hi Patres, quaedam opera efficere Christum Dominum, tanquam Deum, alia tanquam hominem; beatam autem Virginem opus ab eo postulasse, quod non secundum humanam naturam, in qua Christus matrem, sed secundum divinam, in qua Patrem tantum habebat, faciendum erat, et ideo respondisse, *quid mihi, et tibi?* id est, petis opus, quod non tu homo, in quo tecum mihi commune aliquid est, quia filius tuus sum, sed ut Deus, in quo matrem te non cognosco, facturus sum; nihil mihi tecum in hoc. Id tamen, aiunt, non existimandum est, Christum Dominum dixisse ad increpandam Virginem, sed instructionis gratia propter circumstantes: tum, ut non solum hominem, sed patrem Deum esse demonstraret; tum, ut intelligeremus, in his, quae Patris sui erant, non humanos carnis, aut sanguinis respectus servasse, sed prout a Patre accepit facienda, illa eadem exequi. Potuissent enim circumstantes suspicari, obsequio matris, et iure sanguinis permotum filium, opus, quod postea divine operatus est, patrasse, atque in hoc, similibusque prodigiis humanas preces, et iura hominum observasse. Simile quid habemus (Matth. 12): volentibus enim cum quibusdam a praedicatione abducere, eaque de causa dicentibus: *Ecco mater tua, et fratres tui foris stant, quaerentes te: respondeit: Quae est mater mea, et qui sunt fratres mei?* ac si dixisset: In his operibus, quae ad Deum spectant, et quae manifestationis meae, et humanae salutis sunt, propter quam veni, non hominum voluntates, aut humana obsequia, sed Dei respectio decretum, et beneplacitum. Quae verba, non propter matrem, sed propter illos, qui tunc aderant, protulit. Unde (Ioan. 11) dixit: *Pater gratias tibi ago, quia audivisti me. Ego autem sciebam, quia semper me audis, sed propter populum, qui circumstat, dixi: ut credant, quia tu me misisti:* et (Ioan. 12) cum vox Patris ad eum facta esset, et clarificavit, et iterum clarificabo, dixit Christus: *Non propter me venit haec vox: sic in praesenti haec verba, quid mihi et tibi? non propter eam, sed propter adstantes, et eos, qui audituri erant, dicta sunt; ut iam his verbis se Dei filium incipiat declarare. Adstrunt mirifice omnia, quae in hac expositione hucusque diximus, egregia verba Richerii, viri sui aetate insignis (lib. 3. de Laudib. Virg. c. 19), ubi ait: *Increpata Maria non est, quia omnis expertus culpa, quod filius manifestavit, faciens quod petiit. Nec enim saceret, si male peteret; sed propter nos responso illa data est, instruendos. Primum, non a matre accepisse, unde miraculum faceret, sed a Patre, unde se Deum ostendit. Secundum, ne spiritualibus agendis parentum curam geramus, nec ad eos nimium affectemur, sed solum Dei spectemus gloriam; haec ille.**

Quartam expositionem docuit me d. Thomas (3. p. q. 27. ar. 4), ubi assertit, Christum Dominum in Virgine matre, non cohibisse inordinatum atque inanis gloriae motum, et quantum ad ipsam, sed tantum secundum id, quod ab aliis posset existimari; neque aliud sensisse Patres, qui huiusmodi vanam gloriam ei tribuere videntur. In qua etiam sententia videtur esse Theophylactus (in Io. 2), dum ait: *Ut monstretur, quod non infirmitas fuerit repulsa, sed, ne videretur occurrere, et festinare ad miraculorum operationem propter ostentationem, et vanam gloriam.*

Quintam explicationem adhibent alii doctores, quibus non pauci applaudunt; nimirum quod verba illa, *quid mihi, et tibi est mulier?* perinde sint, ac si dixisset: nos sumus invitati, providere autem de vino necessario in convivio, pertinet ad invitantes, non ad invitatos. Ita exponit d. Epyphanus (in commentariis loci), card. Tolet. (cap. 2. in Ioan. anno. 6). Unde, iuxta hanc expositionem, sensus horum verborum est: *Quid mihi, et tibi? non est meae, nec tuae curae providere: non nobis iure incumbit haec cura; quasi diceret: adhuc tempus non est mihi opportu- num, quia nondum est manifestus defectus; eorum est modo providere, qui invitantur: at quando mea fuerit opportunitas, non deero. Proinde addit: *nondum venit hora mea: quibus verbis matrem plurimum honorat: Quid mihi, et tibi? ac si diceret: Si mihi, ut tibi cura iure incumberet, iam iam providerem, et defectum supplerem, quando adhuc reliquus latet. Sed qua, nec mihi, nec tibi incumbit, expectanda est opportunitas alia, et haec erit quidem, sed modo non est. Quia si obicias: Christus erat fons pietatis, et Virgo misericordiae mater; multum ergo ad illos attinebat, sollevare miseriam illorum pauperum; hic enim est proprius misericordiae scopus; dicendum reor, quod ad misericordiam non pertinet, illam exhibere per modum portento- sae, et miraculosa, sed per communia, et ordinaria; et hoc pacto, nec ad Christum, nec ad Virginem pertinebat providere de vino, cum id proprium esset invitantium, non invitatorum, quantumvis ipsi valde misericordes essent.**

Sextam expositionem tradit nobis doctissimus Maldonatus (in c. 2. Ioan.) dicens in verbis Christi, *quid mihi, et tibi est mulier?* simulatam esse reprehensionem, non veram; duplicique exemplo probat, Christum Dominum usum fuisse hoc genere simulatae reprehensionis: sic enim ait (Luc. 2): *Certe verba illa quid est, quod me quaeratis? nesciebatis, quia in his, quae Patris mei sunt, oportet me esse? speciem habent reprehensionis, sed simulata, non vera est reprehensionis: non enim parentes reprehendit, quod se quaesivissent: quod charitatis, pietatisque fuerat officium, sed simulat, se reprehendere, ut qui audiunt, intelligant, alium ipsum habere Patrem, cui magis, quam illis parere debeat: reprehensio videtur esse, quae est mater mea; et qui sunt fratres mei (Matth. 12)? Sed simulatio potius est reprehensionis, ut doceat, nos etiam posse, matrem, et fratres eius esse, si voluntatem Patris eius faciamus. Si-*

militer hoc loco simulavit, se matrem reprehendere, cum minime reprehenderet, ut ostenderet, se non humano sanguinis respectu, sed sola charitate, et ut sese quae sit, declarat, miraculum facere. Quomodum iudeus illi, quem vult absolvere, saepe asperse respondet, ne eum gratia absolvisse videatur; haecenus ille.

Ultimam tandem expositionem accipe. Deus gralis, nunquam tamen ultro concedentes, Mariam hic dure tractatam, et a filio reprehensam, id in maxime nobis commendandum mysterium cedit; quod videlicet tanta sit in nos Mariae charitas, et benevolentia, ut permiserit, se reprehensione indignam, propter nostram utilitatem, reprehensione dignam videri. Certe Deum a sanctis hoc modo reprehensum propter ineffabilem in peccatorum misericordiam, saepe legimus in sacra Scriptura; nam praeterquam divina misericordia excessus dicitur: *Propter nimiam caritatem suam, iam nullus ad miserendum; iam, vino inebriatus, iam oburgant illum, Prophetae, et in Iona, Habacuch (c. 2): Quare non despicias contemptores impios iustorum? et (Ps. 93): Usquequo peccatores Domine? iam murmurant, qui prima hora venerunt: iam filius senior irascitur. Ad quid haec omnia in Scriptura inducuntur? num in Deo culpa? numquid reprehensione dignum putabimus? absit. Sed, ut tanta significetur misericordia, ut limites excedat humani iudicii, et superabundans videatur. Ut ergo eius misericordiae magnitudo declararetur, consulto de ea, ut reprehensibili, solet loqui Scriptura. Simile hodie Mariae contigisse videtur, tanta eius in invitatores misericordia, cura, charitatis viguit, ut oraret pro illis etiam ad eam non pertinentibus: cui Christus: quid ad te, et ad me de his? quasi eam reprehendit, non quod reprehensibile quidpiam illa praesiderit; sed ut maxima, et superabundans eius in nos cura demonstraretur, quia haec illa sponsa Isaac, quae non solum homini, sed et camelis polum tribuit; et in hoc dignoscitur vera Dei sponsa, si peccatores omnes recipiat, si etiam eos, qui longe sunt, trahat.*

Atque ex omnibus dictis in hoc discursu, colligo, non solum b. Virginem non meruisse propter petitionem illam, Vinum non habent, increpationem aliquam, sed ex multiplici capite magna laude dignissimam se praestitisse. Brevis illa verba fuere, sed mysteriis uberima, si intorsum respiciantur. Sicut enim granum synaps parvum est, et prima fronte vile, atque despectum, nullum saporem conferens, nullum odorem emittens; ubi tamen conferri coeperit, continuo acrimoniam suam ostendit, et latentis caloris indicia prodit; sic pauca haec Mariana verba exterioris inspecta, nullam excellentiam praeseferunt, ut magnam aliquam Virginis laudem portendunt; si tamen cogitatione conferantur, tunc multiplex virtus, multiplexque Virginis laus in eis delitescens delectatur. Enitet in primis inconcussa fides, ut his verbis disseruit d. Bernardus (de gradib. hum. grad. 12): *Disce, et in matre Domini magnam, et in mirabilibus fidem habere, in magna fide verecundiam retinere. Di-*

*se verecundia decorare fidem, reprimere praesumptionem. Vinum, inquit, non habent: quam brevis, quam reverenter suggestit, unde pio fuit sollicita; et ut discas in huiusmodi magis pio genere, quam petere praesumptuose, aestum. Pudoris temperans umbra, conceptam precibus fiduciam verecundiae suppressit, non frontose accessit, non palam locuta est, ut quadater coram omnibus diceret: obscuro filii, deficit vinum, tristatur conviviae, confunditur sponsus, ostende quid possis. Sed licet haec, aut multa praepectus aestuans, fervens loqueretur affectus, privatim tamen filiam pia mater adit, non potentiam tentans, sed voluntatem explorans, vinum, inquit, non habent, quid modestius? quid fidelius? non defuit pietatis fides, voci gravitas, effluvia voto; haec ille.*

Effulget deinde in illis verbis insignis fiducia, et spes b. Virginis, dum rem magnam, quam postulabat a filio, non multis precibus urgere voluit, sed simplici verbo, eam indicavit: quod manifestum indicium est, iudicissimam exlitisse, penuriam vini ad eius preces, supplicandum fore a Christo. Unde hac spe, tanquam firmissima anchora roborata b. Virgo, confidenter dixit ministris (Luc. 1): *Quodcumque dixerit vobis, facite. Quid de charitate dicam, quae in illis verbis palam ostenditur, cum, nec monita, nec rogata sponso, et sponsae condolet, officium eorum sublevare satagit, advocatae officium exercere incipit, ac intercessionem suam a Christo beneficium impetrat, et factio miraculo, praesentibus amicis, et convivis in charitate non ficta cogaudet. Pietatem praetera Virginis quis non videat? Vidit quidem, et eleganter expendit (in comment. ill. verb.) d. Bern. dum dicit: *B. Virgo compassa est verecundiae novorum coniugum, sicut misericordem, et benignissimam decessit. Quid enim de fonte pietatis profunderet, nisi pietas? quid mirum, si pietatem exhibent viscera pietatis? nonne, qui pomum in manu tenuerit dimidia die, reliqua dici parte pomum sereabit odorem? quantum igitur virtus pietatis efficit, in quibus novem mensibus quievit; et quamvis recessit ab utero Christus, non tamen recessit ab animo.**

Acedit his sancta iubilatio, quam, nihil dubium, quin Spiritus sanctus in eius pectore excitaverit, cum suae petitionis iam felicem effectum Virgo cerneret. Rursus, quoniam agnoscat gravitatem, et modestiam, quam b. Virgo in illis verbis manifestavit? nec enim imperiose dixit; filii da eis vinum, ostende potentiam tuam, Messiae virtutem et gloriam omnibus pande, manifestare mundo, diu satis domi latuisti. Nihil certe tale modestissima Virgo, et gravissima mater totiusque honestatis speculum protulit, sed contra muliebrem morem, ab omni garrulitate aliena, pacitate verborum contenta, solum ei dicit (Luc. 2): *Vinum non habent. Ac tandem mira in eisdem splendet Virginis prudentia, dum tam paucis verbis permulta perstrinxit, quia dicere, vinum non habent, perinde fuit, ac si illi in hunc modum loqueretur: Nihil est opus a sapientissimum admoneri: vides ipse, filii et intelligentis, vinum, ad ignominiam sponsi ac sponsae depellendam, atque ad consolationem*

hospitibus exhibendam, desiderari. Quibus vero modis utrique parti consulendum sit, tuae et potentiae, et caritati commendatum volo, nihil ambigens, te, nec meae postulationi, nec illorum utilitati defuturum. Memm erat, hoc fidei erga te, et caritatis erga illos, officium verbo praestare. Porro, ut quod polliciti sumus, impleamus, solum explicare restat, quid sibi velint verba illa: *Nondum venit hora mea.* D. Athan. (in apolog. de fuga sua), d. Aug. (in Joa.), d. Greg. affirmant, Christum Dominum fecisse allusionem in his verbis ad tempus suae passionis, hoc enim non semel in sacris eloquiis hora eius dicitur (Ioan. 7): *Nemo misit in eum manus, quia nondum venerat hora eius: et (Ioan. 13): Sciens, quia venit hora eius; et (Ioan. 17): Pater venit hora, clarifica filium tuum. Erit ergo sensus: quid mihi, et tibi? hoc opus, quod petis, divinitatis meae est: in hoc non te cognosco matrem. Nondum venit hora passionis meae, quando patiar in ea natura, quam a te accipi, tunc te matrem recognoscam. Ad d. Greg. Nissenus (orat. in illa verba Pauli tunc, et ipso subiectus erit), non legit haec verba affirmative, ut praecedentes Patres, sed interrogative, ut sensus sit: adhuc mihi imperare ut mater vis? nondum venit hora, quando mei iuris ero? Existimam enim ille, Virginem hoc miraculum Christo imperare voluisse, cui Christus respondit, se obedire illi minime teneri: *quid mihi, et tibi? adhuc mihi imperas? nondum tibi videtur hora venisse, quando mei iuris ero: venit iam hora haec. Consentit enim Severus Antiochenus (in cat. graec.). Verum utraque haec expositio eae ratione mihi non probatur, quia utraque supponit verba Christi Domini esse increpatione, et reprehensiva; ista autem increpato, et reprehensio in Virginem, in quam culpa nunquam irrepsit, minime cadere poterat, ut sup. ostendi. Quare vera, et germana intelligentia horum verborum est, quam his verbis tradit d. Iren. (l. 3. cap. 18): *Dum ait: Nondum venit hora mea, dixit, expectans eam horam, quae praecognita est a Patre. Ad stipulatur huic expositioni d. Cyrill. (lib. 2. cap. 23), D. Ambr. (serm. 16. in Ps. 118), d. Chrys. (hom. 21), card. Toletus, Mald. et moderniores alii (in cap. 2. Ioan.), qui omnes affirmant, planum sensum esse: nondum venit tempus faciendi miraculum, quod a me postulas. Expectabat enim, ut adnotat Chrysost. Theophyl. et Euthym. quod omnes, qui aderant, cognovissent, vinum defecisse, ut claris miraculum esset. D. autem August. affirmat, tunc, cum mater petivit, nondum vinum penitus defecisse; voluisse autem Christum expectare, quod nihil omnino vini esset, ut mirabilis ab omnibus opus eius iudicaretur, dum non ex vino vinum, sed ex non vino vinum conficeret. Verba igitur haec, *nondum venit hora mea*, multa magna continent: sunt enim verba potestatis divinae, quia Dominus temporum eligere potuit, quae voluit. Verba sunt prudentiae, quia ab aeterno disposuit, quae fecit in carne. Verba sunt providentiae et sapientiae, quia convenientia suis quaeque finibus suorum operum elegit momenta. Verba sunt misericordiae, et***

quia spem subveniendi dedit. Verba sunt liberalitatis, et magnificentiae, quia hydras pretiosissimum vino plenas convivis tradidit. Verba sunt reverentiae, quia honoravit matrem, preces acceptando opportuno tempore exaudientes. Verba sunt instructionis, quia omnia ex consilio, et voluntate Dei Patris se facere docuit. Qui cum Filio ipso, et Spiritu sancto sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

## HOMILIA V.

*Prosequimur idem intentum, singularia quaedam dubia, quae ex Marianis verbis: Vinum non habent, emergunt, in defensionem b. Virginis utiliter enodantes, ac nonnulla alia, quae occurrunt, elucidantes.*

Tanti facio, beatissimam Virginem ab omnibus calumniis vindicare, ut non contentus Haereticorum tela infixisse, nunc denno ad quaedam alia propulsanda accingam, quae religiosam eius petitionem, dum filio suo dixit: *vinum non habent*, quodammodo labefacta videntur. Etenim in primis sacra eloquia tradunt, filiis Israel defecisse Dominum panes, et carnem ad saturandum (Exod. 16): *Vespere comeditis carnes, et mane saturabimini panibus; idque non semel Deus praestitit, nam iterum tanta ceterum copia eis cibavit, ut in naucae eis verteretur; vinum tamen nusquam legitur eis dedisse. Similiter etiam (3. Reg. 18) divinitus corvus panem, et carnem afferebat Heliae prophetae, potus tamen eius non erat, nisi aqua de torrente Carith, ut ibidem dicitur. Immo, cum torrens ille prorsus exsiccaretur, non providit turbis in deserto, ut ad recentiora veniamus, cum Christus Dominus convivium fecisset turbis in deserto, multiplicatione quinque panum, et dnorum piscium, vino tamen minime convivas potavit, quia agnoscebat, vinum non semel libidinis fomentum esse. Unde d. Paulus (ad Ephes. 5) dixit: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria: et (ad Rom. 14) scribens ait: Vino abstinere, bonum est, non manducare carnes, et non bibere vinum.* Quid ergo est, quod castissima Virgo filium orat pro vino, quod et luxuriae incentivum est, et de quo in miraculis etiam convivis, quae Deus usque ad illud tempus fecit, nunquam providisse legitur? Adde, quod vinum factum per miraculum non poterat non esse optimum: quia sicut, cum Deus miraculose confert alicui sanitatem, sanior ille redditur, quam antea erat, et quoties miraculose aliquis cibavit, cibi illi erant suavissimi; ita sine dubio vinum miraculose ab eo factum, perfectissimum super omnia naturalia vina fuisse censendum est, ut adnotat d. Chrys. hic (homil. 2.). Unde Archicicilius, ut refert d. Ioannes (cap. 2), et observavit ad id probandum S. Chrysost. (ibid.): excellentiam miraculose illius vini animadvertens, dixit: *Omnis homo primum bonum vinum bibit, et cum inebriati fuerint, tunc id, quod**